

phia naturali patet, revera genere
dissideant.

*Tempe-
ramen-
tum con-
stat tan-
tum ex
Quali-
tatibus,
non sub-
stantiis.*

Facit quidem alterius adhuc tem-
peramenti mentionem Lud. Merc.
tom. 1. l. 1. part. 2. clas. 1. art. 2. quod ex
substantiis elementorum deducit;
dum statuit, ut ex mutua qualitatū
alteratione temperamentum resul-
tat: sic etiam ex mutua ipsorum a-
ctione & passione, comminutione
substantiarū ad minima, quoddam
totum fieri, quod sit sibi undiquaq;
simile, confusas inter se qualitates
continens, ita ut unicuiq; misto fu-
us succrescat substantiæ modus, sua
que peculiaris temperies illi substā-
tiæ affinis & genuina, habitusq; na-
turalis in gravitate, duritie, crassi-
tie, densitate & aliis qualitatibus si-
milibus consistens, qui omnium fa-
cultatum fundamentum existat; &
mutari aut alterari citra maximam
difficultatem non possit, ut reliquæ
temperies, quæ elementorū quali-
tates sequuntur. Veruntamen ipse
Mercatus concedit, hoc tempera-
mentum etiā esse accidens, & qua-
litem, non substantiam: & præter-
ea statuit, hanc ipsam accidentium
& Qualitatum rationē potius sub-
stantiæ modū, quàm temperamen-
tum appellari debere; cū tempera-
mentum propriè ex qualitatū
primarum alteratione oriatur.

Neque tamen hi, qui Tempera-
mētum à forma misti aliud, & acci-
dens solū, non substantiam esse
dicunt, omnes ejusdem sunt sen-
tentiae. Aliorum autem opinioni-

bus missis, cum Avicēna statuimus,
Temperamentum esse qualitatem
ex mutua actione & passione pri-
marum ortam. Ita enim Avicennas,
prima 1. doct. 3. c. 1. Temperamentum est
*Qualitas, quæ ex mutua actione & passio-
ne contrarium qualitatū elementorum,
quorum partes ita ad minimas sunt reda-
ctæ, ut cujusq; earum plurimum contingat
plurimum alterius, provenit. Cū enim
ita mutuò patiuntur & agunt suis viribus,
accidit ab eārum summa Qualitas in toto
earum similis, quæ est Temperies. Quali-
tatem primò dicimus, cū ex Qua-
litatibus fiat, & sensui subjiciatur,
tactūq; dignoscatur. Eandem ex
Qualitatibus primis constare, atq;
ex earum mutua actione & passione
originem habere affirmamus. Nam
dum concurrunt, ac se mutuò ado-
riantur Qualitates, eousq; earum
pugna progreditur, donec omnes
refractæ & remissæ fuerint, abjectis-
que contrarietatum quibusdā gra-
dibus, quibus extremè dissidebant,
amicitia quasi contractā coiverint.*

Qua ratione primò ab iis diver-
sum sentimus, qui Temperamen-
tum saltē harmoniam esse statuunt.
Etsi enim in Temperamēto sit quæ-
dam Qualitatum proportio: tamen
temperamenti ratio nō solum in il-
la proportione, & in harmonia cō-
sistit, sed est qualitas quædā, quæ ex
primis Qualitatibus certa propor-
tione & harmonia certa concurrē-
tibus atq; coeūtibus resultat. Cū
enim temperamentum sit imme-
diatum actionū organum; propor-
tio

*Tempe-
ramen-
tum,
quid.*

*Tempe-
ramen-
tum non
est tan-
tum har-
monia.*

tio